

MURENULÆ

SACRÆ VESTIS

Sponsæ Regis Aeterni Vermiculatæ

OPUS,

DE PRIVILEGIIS

ORDINUM REGULARIUM

QUADRVPLICI SECTIONE PARTITVM;

*Ad Tridentini, & Conciliorum antiquiorum sensum
expositum.*

SUMMORUM PONTIFICUM
CONSTITUTIONIBUS, ET EMINENTISSIMORVM

Cardinalium Declarationibus illustratum.

JURIS UTRIUSQUE SANCTIONIBUS FIRMATVM.

Antiquiorum, & Modernorum Theologorum, & Juristarum

Et de la libreria del Colegio de Placitis assertum, de la Compañia de S. Hieronimo de Salamanca

Ac ad temporis presentis statum accommodatum.

Digne M. Diego de la Fuente Hurtado

AUCTORE

R. P. D. VIRGINIO ALVISET BISONTINO

Monacho Ordinis S. Benedicti in sacra Insula Lerinensium.

CAMPIDONÆ.

Per RUDOLPHUM DREHER,

Anno M. DC. LXXIII.



P R A E F A T I O
A D L E C T O R E M.

INTER SACRA ac omnino divina illa ornamenta, quibus affatim auctam, ac ditatam à dilecto suo Sponsam Canticorum, nobis Scriptura representat summè sui in contemplationem, oculos pelliciunt meos clara illa ac spectarissima Murenularum ut vocat. Imò jam diu detentos, animum in commendationem pertrahunt. Murenulas aureas (inquit) faciemus tibi vermiculatas argento. Nobile certè, ac prorsus dignum ornamentum: sed & singularis opificii. Quamvis autem ad aures spectare aliqui putent: Ad collum alijs. Lyran. tamen meliùs censet, spectare ad vestem, atque, Murenulas esse ornamentum quoddam genus, quod ad oras vestium circa collum, manusque interdum ad venustatem & gratiam maiorem apponitur. Quæ est autem vestis illa Sponsæ Divini amanti, hoc est Ecclesiæ tam digna, & Murenulis sic decorata, nisi sacri Regularium Ordines, gratis, Privilegijs, ac favoribus nomine & auctoritate illius ab eius Vicarijs Romanis Pontificibus abundè ditati? De quibus vates regius. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Quod enim vestis illa varietate decoris & ornamentum consert corpori Regiæ: hoc Ordines religiosi in sua varietate Ecclesiæ. Sed enim ait Origen. verba illa non ita propriè esse Sponsi, sed potiùs sodalium seu amicorum eius, aut etiam Sponsæ, qui non infrequenter audiuntur miscere sermonem in sacro illo Cantico: ut sensus sit, quòd tam Sponsus, quàm etus amici, aut etiam Sponsæ unanimiter ad singularis illius ornamentum suam artem contulerint, ac Sponsus quidem materiam, hoc est aurum suppeditaverit, formamque Murenularum, indiderit. Ipsa verò Amicorum eius subtilis & ingeniosa industria vermiculatas fecerit; Quasi sit sensus, & ipsi dicant Sponsæ Murenulas illas, quas à Sponso accepisti. Vermiculata argento faciemus. Id est, ut Rabbini legunt. Cum punctis argenti. Vel ut Origen. Cum stigmatibus argenti. Seu ut Ambros. Cum distinctionibus argenti. Aut sicut Genebrard. Consperfas punctis argenteis. Hic autem mi Lector, mentem ni fallor, intelligis meam. Hic propositum capis. En Murenulas, quibus Sponsæ vestis adornatur, placet tibi vermiculatas exhibere: hoc est privilegia, quibus Ordines religiosi decorantur sub annotationibus, & expositionibus summaris proponere: ut sicut puncta illa argentea, Murenulis Sponsæ indita, venustiores illas reddidè, pretioque auxere, ita & Privilegia Regularium nostris his lucubrationibus, & notis illustrata, quasi tot punctis signata: ut gratiosa lecta evadent, sic ad unum facitiora fiant. Puncta certè sunt hæc annotationes nostræ, utpote breves & compendiosæ: Sed & argen-

SYLLABUS AUTORUM

Qui magis frequenter citantur in hoc Opere, cum eorumdem notitia.

A significat Augustinianum. B. Benedictinum. C. Casuistam. C. M. Carmelitam. C. R. Clericum, seu Can. Regularem. D. Dominicanum. H. Historistam. I. Iuristam. M. Minoritam. M. M. Minimum. P. Præmonstratensem. S. I. Societatis Iesu. T. Theologum.

A.

A Bbas antiquus, Aliàs Lapus de Castellione B.

Abbas. Aliàs Abbas Junior. Aliàs Panormitanus B.

Accursius I.

Adam Præmonstrat.

Adrianus, qui fuit Papa C.

Afflictitius I.

Alardus Gazæus B.

Albertus de Rosate I.

Albertinus I.

Albericus I.

Alciatus I.

Alphonfus de Leone C. R.

Alvarez D.

Alvarotus I.

Alexander I.

Alexander de Hales M.

Ancaranus I.

Andreas Siculus, Aliàs Barbatia I.

Andreas Mendo. M.

Anglez M.

Angelus. Aliàs Clavafius M.

Angelus. Alias Aretinus I.

Barthol. ab Angelo D.

S. Antoninus D.

S. Anselmus B.

Arragonius T.

Archidiaconus I.

Arrias de Valdera I.

Francisc. Arrias I.

Armilla. Aliàs Fumus. D.

Aforius S. I.

Astensis M.

Aversa C. R.

Aufrerius I.

Aufonius M. III.

Avila S. I.

Ægidius T.

Azo. I.

B.

Baldus I.

Baldellus C.

Bannez D.

Barbatia. Andr. Siculus. I.

Barbosa I.

Baronius H.

Bartholus I.

Barthol. à S. Fausto B. F.

Barthol. ab Angelo D.

Bassæus C.

Baucius C.

Bauny S. I.

Bercanus S. I.

Beia M.

Bellamera I.

Bellencinus I.

Guil. Benedicti I.

Bernard. Cōpostellanus I.

Berous I.

Paulin. Berti A.

Bertachinus I.

Bobadilla I.

Boetius Eponensis I.

Bonacina C.

Bonarcus C.

Bonus de Curtili I.

Bordonus C. R.

Barthol. Brixienfis I.

Brunus I.

Brunellus I.

Bullarium Cassinense B.

Bullarium Vallisoletanū B.

Anton. Butrius Canonista.

Iacob. Butrius Legista.

Burgos I.

Bzovius H. D.

C.

Cabedo I.

Cajetanus D.

Calcanthus I.

Caldarius I.

Calderinus I.

Cagnacenus I.

Candidus I.

Canus.

Cannartus M. M.

Cancerus I.

Campanilis C.

Benedict. Capra I.

Capreolus D.

OECONOMIA OPERIS.

Dividitur in quatuor Partes, seu Sectiones
hoc Opus.

IN prima multiplici eruditione, & clarissima methodo traditur generalis doctrina circa privilegiorum naturam, differentiam, Acquisitionem, Communicationem, Extensionem, Præscriptionem, Intellectum, Usum, & alia similia, quæ omnia applicantur Regularibus.

In secunda. Proponuntur privilegia Clericorum, Nobilium, Militum, Pauperum, Causæ piæ, & Status religiosi. Ac ostenditur, hæc omnia convenire Regularibus, & quomodo.

In tertia. Ordine alphabetico referuntur privilegia, in specie concessa cuilibet Ordini circa materias quasq; magis obvias, & communes, adjunctis cuique (quantum opus est) variis notis, & summaria explicatione, tam ad eorundem manutentionem, intellectum & usum, quam, ad doctrinæ ubertatem.

In quarta traduntur plenæ resolutiones diversorum dubiorum, quæ hæctenus aut à nemine, aut non nisi obiter tacta sunt, circa eadem privilegia, ac specialiter ostenditur, ea omnia adhuc valere, omnes revocationes hæctenus vulgatas, insufficientes esse, & absque scrupulo omnibus vti fas esse.



SECTIO PRIMA

IN QUA TRADITUR DOCTRINA GENERALIS DE PRIVILEGIIS

CAPVT I.

Quid Privilegium? Quæ hujus Nominis notio?

SUMMARIUM.

1. Privilegium est quælibet concessio Principis.
2. Magis proprie quæ contra jus.
3. Effectus Privilegii.
4. Beneficium quid.
5. Privilegium constituit privatam legem.
6. Differt à lege, ut species à genere.
7. Tollit obligationem legis.
8. Non potest esse conforme juri, sed necesse, ut semper differat.
9. Aliqua Privilegia concedunt tantum id, quod jure communi licet.
10. Aliqua minus quare dantur 12.
11. Privilegium dicitur quod confert novum titulum.
13. Quomodo differt Privilegium, à dispensatione.
14. Facilius præsumitur falsitas in Privilegio.
15. Qualis summius in bullis.

PRIVILEGIUM, ut notat Bald. l. fin ff. de const. Jason. in usib. feud. & Reduff. in pra. ben. tit. de pap. provis. potest dici quælibet supremi principis cõcessio. Sed magis proprie ea tantum sic dicitur, in qua aliquid contra jus commune conceditur, ut cum cõmuni docet Sylv. v. priv. l. n. 1. quia effectus privilegii est, derogare juri cõmuni, ut monet Bon. p. 4 de priv. §. 1. prop. 2. Unde Panor. in c. olim de ver. sign. nu. 7. & Ancar. c. beneficium de reg. ur. in 6. dicit, quod Privilegium, est concessio contra jus, ut si aliquid non contra, sed præter illud indulgeat, non jam Privilegium, sed potius beneficium appellari debeat, ex doctrina

A

Panor.